Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Bibliorum summae - Cod. Aug. pap. 27

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Tertius liber regum

urn:nbn:de:bsz:31-72803

Visual Library

fit eos in puteum et expandit velamen super os putei quasi siccans tysphanas
a credendo corrypssera et sic res latuit de sacerdotibus Cumque venissent servi
qui missi fuerant illi ascendentes de puteo nunciaverunt david que dicta eis
fuerant Et transivit david cum suis iordanem Achitophel vero timens
tradi in manus david descendit in domum suam et laqueo se suspendit Absalon
autem collegit exercitum et transivit iordanem post david Capitulum decimum octavum

Porro david divisit populum suum in tres partes Unam dedit ioab Aliam
abysay tertiam ethei getheo Cumque vellet rex egredi cum eis ad pu-
gnam dixerunt Non ibis te salvum querent alios non curant Cumque egre-
derentur circiter septem milia stabat david iuxta portam et dicebat serva-
te michi puerum absalon Et factum est prelium in die illa et fugit exercitus
absalon et cesi sunt ex eis viginti milibus et plures interfecerunt bestie saltus
quam gladius Fugiens quoque absalon super mulum venit ad quercum condensam
et intercepto capite eius ramis mulus pertransiit eo suspenso Et veniens
ioab tres lanceas fixit in corde absalon que adhuc palpitare et feriret
viri ioab Et proiecerunt eum in foveam grandem et comportaverunt super eum
acervum lapidum ut dupplici morte periret tam formosus Et pervenientes
cusi nunciaverunt hoc david Et contristatus est rex et ascendit cenaculum porte
plorans operto capite et clamans fili mi absalon quis michi det ut moriar
pro te absalon fili mi fili mi absalon Capitulum decimum nonum

Quod audiens populus timuit ingredi civitatem Et dixit ioab ad regem
Confudisti hodie vultus eorum qui salvam fecerunt animam tuam Procede et
alloquere servos tuos Alioquin nec remanebit unus tecum hac no-
cte et hoc erit malum super omnia que umquam passus es Sedit ergo in porta rex
lota facie et venit ad eum omnis multitudo et benigne locutus est eis Capitulum xx

Factum est autem et fames venit in diebus david tribus annis et consuluit
dominum david Et oravit dicens Obsecro domine transfer iniquitatem meam quia
peccavi nimis Diluculo misit ad eum dominus gad prophetam tria su-
plicia portare Qui ait ad david Aut septem annis veniet tibi fames
in regno tuo aut tribus mensibus fugies inimicos tuos aut tribus diebus erit
erit pestilencia in populo tuo Et ait david Coartor nimis Si famem eligo
pauperes deficiant et non divites Si victoriam hostium eligo suspicio erit
exercitus et non meum quia circumvallabor fortissimis Eligo ergo plagam que
regi et plebi Misit ergo pestilenciam dominus in israel de mane usque ad horam prandii
et mortui sunt ex israel in dan usque bersabee lxx milia virorum
Cumque extendisset manum suam angelus domini super ierusalem ut disperderet eam et staret
iuxta aream areuna iebusei gladio evaginato clamavit ad eum david
Ego sum qui peccavi isti qui oves sunt quid fecerunt Vertatur obsecro
manus tua contra me et contra domum patris mei Et misertus dominus ait
ad angelum Sufficit contine manum tuam Et dixit gad propheta ad david Erige
altare domino in area ubi angelum vidisti Et dixit david ad areunam rege
vende michi aream tuam ut edificem ibi altare domino Et concessit in instanti Quod factum
est Emit ergo david aream sexcentis ciclis auri et boves ad ymolandum pro
victimis et fecit altare et obtulit holocausta Et propiciatus est dominus

Incipit tercius liber Regum Capitulum primum

Rex autem david senuerat cumque operiretur vestibus non calefie-
bat et invenerunt abisag sunamitem puellam pulchram
nimis que dormiebat cum rege et calefaciebat eum et mini-
strabat ei Rex autem non cognovit eam Adonyas autem filius
filius david fiduciam habuit regnandi Fecit sibi currum
et equites de consilio ioab et abyathar sacerdotis Et
fecit sibi grande convivium et vocavit filios regis.

et robustos israel et salomone(m) no(n) vocavit Et ingressa bersabee ad rege(m)
ait D(omi)ne mi tu iurasti m(ihi) Salo(mon) fili(us) tu(us) regnabit post te Cu(m)q(ue) ego
et fili(us) tu(us) te mortuo iudicabimur morte digni ego ut adultera ille ut
adultere filius Intravit aut(em) nathan et intercessit p(ro) ea Iuravit rex Vivit
d(omi)n(u)s q(uo)d iuravi faciam hodie Et dixit ad sadoch et nathan et banaiam
Imponite super mula(m) mea(m) salomone(m) et ungite in rege(m) et coronatu(m)
ponite sup(er) soliu(m) meu(m) Et ita factu(m) e(st) Et dixit au(tem) p(o)p(u)l(u)s Vivat rex salo-
mon Adonyas aut(em) timens salomone(m) abyit in tabernaculu(m) et tenuit cor-
nu altaris dicens Non egrediar nisi iuret m(ihi) rex dicens Vade domu(m) tua(m)

Capitulu(m) Secundum

Post h(ec) vocavit rex i(n) ier(usa)l(e)m omnes principes
sacerdotu(m) et levitas et iteru(m) iuncto salomone confirmavit eu(m)
in regno Et precepit edificare templu(m) deo dicens se ia(m) p(re)parasse auri de-
ce(m) milia talenta argenti vero centu(m) ferri et eris sup(er) numeru(m) lapidu(m)
q(uo)q(ue) et lignor(um) maxima(m) copia(m) Et mortu(us) e(st) david et appositus e(st) civitate
david ad patres suos cu(m) regnasset quadraginta annis
Sedit salomon sup(er) thronu(m) patris sui et p(re)cedente t(em)p(or)e adonyas
supplicavit bersabee ut impetraret a rege sibi dari abysach su-
namite in uxore(m) Quod cu(m) impetraret indignat(us) rex ait Quid
postulas ei mat(er) postula ei et regnu(m) ip(s)e e(st) frater me(us) e(st) maior et
secu(m) potentes abyathar et ioab Et e(st) abysach potior q(uam) regina Cont(ri)-
buas sua locutus e(st) adonyas et interfecit eu(m) p(er) manu(m) banayie fily ioiade
ad abyathar q(uoque) dixit Vade ne ampli(us) videas facie(m) mea(m) cu(m) sis mortis reus
Merito q(ui)a tu(lis)ti archa(m) co(ram) patre meo et tolerasti o(mn)ia q(ue) pater laboravit Ioab
fugit in tabernaculu(m) d(omi)ni et ibidem p(er) banaiam p(ro) eo sup(er) exercitu(m)
et confirmatu(m) e(st) regnu(m) i(n) manu salomonis

Capitulu(m) tercium

Postea Salomon duxit filia(m) pharaonis regis egipti de qua genuit
filiu(m) q(ui) cont(ra) natura(m) quia adhuc agebat undecimu(m) annu(m) Et duxit
ea(m) in civitate(m) david Non eni(m) du(m) fecerat sibi domu(m) postea ea(m)
posuerat se facturu(m) d(omi)no domu(m) et domu(m) sibi et adhuc ier(usa)l(e)m templa
vivebat Imo p(ro)p(ter)ea asc(e)ndit ad gabaon et ymolavit hostias et apparuit ei
d(omi)n(u)s i(n) nocte p(er) somnu(m) dicens Postula quid vis ut dabo tibi Cui re(spo)ndit
D(omi)ne de(us) ego su(m) pue(r) parvul(us) ignorans introitu(m) meu(m) et exitu(m) da m(ihi) cor
docile ut possu(m) iudicare p(o)p(u)l(u)m Et ait d(omi)n(u)s Ab eo q(uo)d ?? no(n) postulasti di-
vicias nec ... animas inimicor(um) tuor(um) Ecce dedi t(ibi) Cor sapie(n)s
et intelligens et divicias et gl(or)iam ut nullus ... fuerit Et cu(m) salomon intellexit revelata(m) facta
dicebat q(uod) n(on) ante te similis t(ibi) fuerit Et ...
p(er) somniu(m) et reversus in ier(usa)l(e)m cora(m) archa federis ... obtulit pacifica ...
venerunt mulieres due meretrices ad rege(m) q(ue) contendebat d(e) puero sic le-
git(ur) in lib(r)o sapiencie

Capitulu(m) Quartu(m)

Habebat salomon duodecim p(re)fectos sup(er) o(mn)em israel q(ui) p(er) singulos menses
p(re)bebat necessaria domui eius Ite(m) Cibus salomo(n)is p(er) singulos dies triginta
chori simile et septuaginta chori farine dece(m) boves pingues et viginti
boves pascuales et centu(m) arietes excepta venacione cervor(um) et
capreoru(m) bubalor(um) et aviu(m) altiliu(m) Ad et pisces tradidit ab alienigenis p(ro) pa-
rvis intervallis Et habebat salo(mon) quadraginta milia equor(um)
... et erat summa pax intervallis ... et precellebat regis sapie(n)cia o(mn)es orientales
et egypcios et hebreos
et undecim milia equitum

Capitulu(m) Quintu(m)

Misit aut(em) ad rege(m) yrom
qui erat rex tyri dicens Volo edificare domu(m) seu templu(m) d(omi)no
Precipe ergo servis tuis ut p(re)cidat m(ihi) cedros de libano Et ad precium
dabo tibi Respondit ei yram dicens Servi mei deponent ligna de libano ad
mare et deferent in ratibus ad locu(m) que(m) significaveris m(ihi) et de porta
tolles ea et dabis m(ihi) cibaria i(n) cibos domui mee Salo(mon) aut(em) dedit yram
singulis annis xx choros tritici et totide(m) vasa olei condem(m) mensu-
ra Postea salomon elegit operarios et statuit octoginta milia latomo-
rum i(n) lapidibus cesar(um) q(ui)b(us) p(re)fecit tria milia et trecentos qui p(re)cipiebat

operarii. Et misit cum servis yram in libanum decem milia et habebat latomorum in
lapicidina lapides grandes marmoreos scapulabat et quadrabat qui
adeo grandes fuerunt in fundamento quod multi eorum habebant in longitudine xx
cubitorum et in latitudine decem et in altitudine quinque. quadratos quidem do-
laverunt cementarii salomonis Et cementarii yram quadrata dolaverunt li-
gna et scalpentes lapides non solum sed et ligna et sic sunt opere urbe
specta sunt itaque malleus et securis et omne ferramentum non sunt audita
in domo domini cum edificaretur. Dicunt Iudei salomonem habuisse sanguinem
vermiculi qui thamur dicitur quo aspersa marmorea facile scindebantur
quod invenit hoc modo. Salomon enim struthionis pullum sub vase vitreo quem cum
videret struthio quod hunc non posset tollere tulit illum vermiculum de deserto et
sanguine linivit vitrum et confractum est.

Capitulum sextum

Factum est autem post quadringentos et octo annos egressionis ysrael
de egypto. Et ab adam vero erant tria milia centum et duo anni et
anno quarto regni salomonis secundo mense cepit salomon edificare
domum domino de marmore candido et omnem ornatum interiorem et exteri-
orem templi perfecit ita ut edificaretur septem annis et septem mensibus. Narrant
illud. Et dum consumaret edificium positus est lapis in angulo superiori non
est inventus. Cum edificantes et in fundamento et in muris
cum grandi admiratione. Cum lapis quem in superiori angulo et postea
in loco vellet non est inventus lapis quem reprobaverat david lapidem quem reproba-
verunt convenientissime positum est et factus in caput anguli. Et convenit salomon qui fue-
runt edificatores templi et principes tribuum et duces familiarum
ysrael maiores natu in ysrael et principes tribuum et duces familiarum ad edificationem templi.

Et tulerunt sacerdotes
et levite de civitate david archam domini et omnia vasa eius et vox iu-
bilantium alonge audiebatur. Rex vero et universa multitudo gradieba-
tur ante archam et ymmolabat hostias absque numero et aromatum fumus alge-
scendebat et intulerunt sacerdotes archam in oraculum subter alas che-
rubin sub quibus tegeretur ne posset videri. Et egressi sunt sacerdotes due
terum Confitebantur domino quoniam bonus et dedicata est domus domino xii°. Capitulum decimum

Mense septimo ad honorem dedicationis Regina saba exaltata venit
templare eum in enigmatibus et ingressa est ierusalem cum comitatu multo
et divitiis. Que ingressa ad salomonem locuta est ei omnia que habebat
in corde suo non fuit sermo qui regem lateret. Et dedit ea rex omnibus
quod sibi placuerat. Et admirans regina non habebat ultra spiritum dicens
fama regis minor est veritati. Dedit autem ei munera centum viginti talen-
ta auri et gemmas preciosas et aromata quanta et qualia visa non fuerant
in ierusalem. Dedit quoque radices balsami Unde propagate in engadi vinee
balsamite. Salomon autem multa redonavit ei que regina quod sustipieret
ad patriam remeavit. Respexit autem regina salomonem quod primum ei dixit
timuit. Et vidisset quoddam lignum in domo saltus in quo suspensus erat quidam perpetuus
morte regnum iudeorum deberet perire et hoc regi indicavit. Sed
timens salomon in profundissimum terre visceribus illud occultavit. Et cre-
ditur hoc lignum fuisse dominice crucis

Capitulum undecimum

Procedente tempore amavit rex salomon mulieres alienigenas
quae fuerunt ei uxores septingente et trecente concubine
que averterunt cor eius cum iam senex esset quod servus est deorum alienorum
et edificavit contra ierusalem terra patria phanum ydolorum Et venit ad eum ahia
propheta missus a domino dicens Quia scidisti pactum meum dicit dominus scindam
regnum tuum Regnavit itaque salomon super omnem ysrael xl annis et mortuus
est et tunc est divisum regnum in duo Due tribus videlicet iuda et beniamin
adheserunt roboam filio salomonis et decem tribus adheserunt Ieroboam
servo salomonis. Et autem predixerat ei propheta quadam die cum egrederetur
ieroboam de ierusalem invenit eum in via ahias propheta opertus pallio novo

qd' scidit in duodecim partes et ait ad Jeroboam Tolle tibi decem scissuras Hec
dicit dominus Dabo tibi decem tribus quibus regnes super Israel Filio autem Salomonis
dabo unam ut remaneat lucerna David coram me in Israel ut esset
ibi Quo audito Jeroboam intumescebat et usurpavit sibi decem tribus et
dictum est decem tribuum regnum Israel propter multitudinem sui nominis precipui
fui Jacob reservatum Vero regnum Roboam dictum est regnum Juda ob
dignitatem tribus regie etc   Capitulum decimum

Jeroboam vero desperans duos vitulos constituit aureos et
unum posuit in Dan et alterum in Bethel Et dixit ad populum
Et dixit ad populum Ecce dii tui Israel qui eduxerunt te de terra
Egypti Et regnavit viginti duobus annis et mortuus est Jeroboam Porro
Roboam regnavit in Judea super duas tribus que remanserant decem
et septem annis et mortuus est Post eum regnavit Abia filius tribus
annis et mortuus est Deinde Asa filius eius regnavit xxxv annis
Post eum regnavit Josaphat filius eius Post hunc Joram regnavit octo
annis et ceteri unus post alium usque ad Sedechiam Sed post Jeroboam qui
fuit rex super decem tribus regnavit Achab super Israel xxii annis
et non sufficiat Achab ut ambularet in viis Jeroboam Sed insuper duxit
idola deum in Israel et duxit in uxorem Jesabel filiam regis Sidoniorum
Et edificavit in Samaria templum et altare Baal et adoravit eum   Capitulum IX

Et misit dominus Heliam Thesbitem ad Achab dicens Vivit dominus
in cuius conspectu sto Non erit annis istis Ros neque pluvia neque
rores et querebat Achab animam Helie Qui fugit ex precepto domini
et latuit in torrente Carith Corvi autem deferebant ei panem et
carnes mane et vespere et bibebat de torrente Post dies autem aliquot
siccatus est torrens non enim pluerat dominus super terram Et ait dominus ad
Heliam Vade in Sarepta Sidoniorum precepi enim ibi vidue mulieri ut
pascat te Et erat Sarepta urbs media et silva iuxta urbem
Sarepta dicebatur Cumque venisset Helias ad portam civitatis appa-
ruit ei mulier colligens ligna Cumque quesisset ab ea poculum aque
et bucellam panis illa dixit Non habeo nisi pugillum farine et
parum olei ut panem ex eo factum comederem filio suo Cui Helias
Noli timere fac in subcinericium panem tibi et filio tuo postea fac
Hec dicit dominus Hydria farine non deficiet nec lechitus olei minuetur
donec pluet super terram Deus fuit cum ea aliquanto tempore post hec mor-
tuus est filius mulieris Et ait Helie Quid ingressus es ad me ut me-
morarer iniquitates meas Et posuit Helias puerum super lectum
suum in cenaculo superiori Et expandit se desuper tribus vicibus et
orat et recepit puer vitam Hunc puerum tradunt Hebrei fuisse Jonam

Post tercium annum   Capitulum decimum octavum   Capitula
ariditatis dixit dominus ad Heliam Vade et ostende te Achab
ut dem pluviam Quod factum est Et occurrit Achab Helie
Et ait Tu non es ille qui conturbas Israel Qui respondit Non ego
conturbo sed tu qui secutus es Baal Verumtamen congrega ad me omnem Israel
in monte Carmeli et prophetas Baal Quod factum est Et dixit Helias
Dentur nobis boves duo illi eligant unum eius sectum ponant
super ligna ignem non supposito et ego faciam similiter alterum Ipsum
vocate deum suum et ego meum et qui exaudierit igne deus
de celo ipse sit deus terrarum Omnibus placuit propositio ista Verum
habebat templum Helie Cumque sacerdotes Baal invocassent
usque ad meridiem dixit Helias Exaltate clamore melius

et destruxit altare baal Et edificavit novum de duodecim lapidibus et mittens
fundere holocaustum et ligna terra aquam oravit dominum Et descendens ignis
de sublimi voravit holocaustum et ligna et lapides Et dixit omnis populus dominus ipse
est deus Et mandante helya occiderunt omnes prophetas baal Et ait ad regem achab
descende cito ne te occupet pluvia Et cumque oraret et celum dedit pluviam Capitulum 19
Cum autem audiret Jesabel uxor achab interfectos esse prophetas baal
misit nuntium dixit helye Hec faciant dii tua pona ut una unius eorum Et
timens helyas fugit in bersabee dimisit ibi puerum suum et solus
intravit desertum viam unius diei Et sedit iuxta iuniperum et petivit ani-
me sue ut moreretur et proiecit se obdormivit Ecce angelus domini tetigit
eum dicens Surge et comede Et ecce ad caput eius erat subcinericius
panis et vas aque et comedit et bibit et rursum obdormivit et
suscitavit eum angelus secundo dicens Surge comede grandis enim tibi restat
via Et comedit helyas et ambulavit in fortitudine cibi illius xl diebus et
xl noctibus usque ad montem dei oreb Et latitabat ibi in spelunca Et ait dominus
ad eum Quid hic agis helya Et respondit qui zelo zelatus sum adhuc animam
meam Et ait dominus Revertere per desertum et vade in damascum et unges
azahel regem super syriam hyeu vero regem super israel Et helisenm prophetam
pro te constitues ... factum est

Incipit Quartus liber Regum Capitulum primum

Post vero mortuus est achab et regnavit ... ochozias
filius eius in samaria Et ambulavit in via patris et
matris sue Ceciditque per cancellum cenaculi et egrotavit
et misit nuntios qui consulerent beelzebub deum acha-
ron de infirmitate sua Et misit dominus in occursum helya
Qui diceret Numquid non est deus in israel ut eatis ad
consulendum beelzebub deum acharon Quam ob rem non consurget ochozias sed morietur
Cumque redissent nuntii ad regem qui hac prohibitione consuit de habitu
viri qui apparuit eis Qui dixerunt vir pilosus est et zona pellicea
accinctus Qui ait helyas est Et misit rex quinquagenarium cum suis
quinquaginta armatis ut vocaret helya ipse montem inducent Et ait
quinquagenarius ad helya sedente in vertice montis homo dei surgens de- Capitulum
scendet ignis de celo et devoret te et tuos Et sic factum est Et misit
rex quinquagenarium qui simili locutus est et similia passus Destinavit
tercio rex quinquagenarium qui recedit fuisse abdyas qui cuncta ge-
nua coram helya ait Obsecro ut miserearis anime mee et servorum me-
orum Et dixit angelus helye Descende cum eo ne timeas Qui descendit
ad regem et ait quia misisti ad beelzebub qui non est deus in israel mo-
rieris Et mortuus est ochozias Et regnavit frater eius Joram pro eo filium
non habens Et cum fecerit helyam iuxta verbum domini ut elisen eligeret in prophetam
de quo prophetatus est helyas ... Et posuit he-
lyas pallium suum super illum et statim prophetavit helises et secutus est
helya et ministrabat ei

Capitulum secundum

Cum autem dominus vellet tollere helya per turbinem in celum venit
helyas et heliseus in galgalis Et ait ad heliseum mane
hic quia misit me dominus in bethel Qui tendit vivit dominus
non dimittam te Sciebat eum in spiritu tollendum Et occurrerunt eis filii
prophetarum quinquaginta Qui erant in bethel Et dixerunt ad heliseum
Scito nosti quia dominus tuus hodie tollet a te Qui tendit novi
Et ait helyas mane hic et noluit Cumque venissent Jericho ...